Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



143

eius. & putrefactae ita ut multitudo uermium descenderet de
corpore eius. decurrebantque de pedibus eius. in columna. & de
columna in terram. Iamo autem integro stetit in columna super unum pe
de. Iuda autem inuenis astitit antonius nomine. qui uidit &
scripsit hec. Iuxta preceptum illius colligebat uermes. qui cadebant
ad terram. & pouigebat illi super eum. Et ille ponebat eos sibi in ip
so uulnere ad similitudinem iusti iob dicens. Sic ducate
quod uobis christus dedit. audiens autem basilicus rex sarracenorum famam
eius. uenit ad eum. Videns autem illum stantem super eum & orantem.
subito cecidit uermis de corpore eius. Et ille currens apprehen
dit eum in fide. & posuit super oculos suos. Et uidens symeon
ait. Quare hoc fecisti uir illustris. & me grauasti. Vnus enim
e de corpore meo putridus. Et cum hec audisset basilicus rex. apri
ens manum suam inuenit margaritam preciosissimam. Et dixit ad
beatum symeonem. Non e unus putridus. sed margarita preciosissi
ma. Cui ille respondit. Homo. secundum fidem tuam data e et bene
dictio. & benedicetur in manibus tuis omnibus diebus uitae tuae.
Et ita regressus e homo ille plenus fide. Post multum uero tem
poris. audiens mater eius famam de eo uenit ad eum. sed prohibita
e uidere eum. quia locum istum mulier non ingrediebatur.
Cum autem audisset beatus symeon uocem matris suae dixit ei.
Sustine mater modicum tempus. & simul nos uidebimus si deus
uoluerit. Et illa hec audiens flere cepit & rogare ut eum uide
ret. & solutis crinibus increpabat eum dicens. Fili. quare hoc
fecisti. Putrero quo te portaui. saciasti me luctu. plactauoe